

VILAM tam fuisse delusum, aut eos à quibus notitias fuit mutatus pro Historia Hispaniolæ texenda tam cæcos existisse aut mendaces, ut in unico, quem ex ibi natis laudat, Scriptore, ESPINOSA, turpissimè erraverint. Accedit, facillimo quidem negotio capi Alphonfi ad Fortunatarum Primariam Insulam navigationem, quæ de NICOLAUS ANTONIUS non ambigit, ipsum aliosque movente, quem mox dicemus Libro de Imagine Deiparentis in ea Insula satis insigni, si in Hispaniola natus dicatur minùs à Fortunatis distita, quam si Compluti ortum, aut rectè in ipsas, aut quod acclivius multo, in Goatemalam prius navigasse credamus, rursus que illas, superato Oceano, petijisse. Quod ad scripta attinet, hæc illi à citatis Nicolao & Criticis Gallis aliisque tribuuntur hispano idiomate concinnata.

De origine & miraculis Imaginis Deiparentis, de Candelaria nuncupata. 1541. in octavo.

Psalmus XLI. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum hispanis carminibus traditus, pro cuius editione facultatem à Regio Senatu petijisse ijdem testantur, autè ediderit hæcenus ignoramus.

Commentarius in Psalmum XLIV. Eructavit cor meum verbum bonum, de quo nil præterea ijdem Doctores tradunt aut Aegydius Gonzalez, indicantes certè esse Mss.

85 P. ALPHONSUS FERNANDEZ, Natione Mexicanus, Societatis JE-

SU Vexillum in hac Novæ Hispaniæ Provinciâ securus, in Maximo SS. AA. Petri & Pauli Collegio Rhetoricam professus, scriptam reliquit, quæ extat in Libris similis Argumenti multa complectentibus, atque in Bibliotheca dicti Collegij asservato, idiomate patrio.

Concertationem poeticam, fesium puerum. Narcisi symbolo adumbratum. Musarum cultoribus exponentem, anno 1690. in folio.

Pro Rhetorica addiscenda Artem, quam Mss. penes se retinebat D. D. Nicolaus de Estrada, Medicinæ Professor, ejus Discipulus.

86 D. ALPHONSUS FERNANDEZ OSSORIO, Natione Mexicanus, primam Mexici lucem aspexit, illustriorem redditurus Patriam, eximijs plane litteris & pulcherrimis: In ejusdem Universitate Medicinam professus, Doctoratus que redimitus insignibus, Cathedras rexit discipulorum utilitati imprimis attentus, Sapientum que judicio virorum probatus. Philosphiam è suggestu postquam tradiderat, ad Primarium Medicinæ traductus, perpetuus Antecessor est renunciatus. Hanc ita ipse facultatem excoluit, ut cum nulli in ea esset secundus, in alijs ita potè floruerit, ut scribere non dubitaverit gravissimus Magister P. ANDREAS DE VALENCIA, Primarius Sacræ Theologiæ Moderator in Collegio Maximo Societatis JESU Mexiceo, Censor Operis mox dicendi, meritò dici posse

fe Musarum filium, ut Aristophanes quondam audijs, omnigenâ & exquisitâ quod polleret eruditione, adjicique citra injuriam valere, Suadæ parentem humanioribus litteris excultissimum, nulli que hinc non notum, similiter & à Medicâ scientiâ, cujus ob peritiam Esculapio simillimum Andreas illum ipse commendat. Eum id circo sibi à salute elegit Excellèntissimus D. D. JOANNES DE PALAFOX, Mexicani clavum Regni vice Catholici Regis tenens, Aristesque electus Ecclesiæ Metropolitanæ. Cum item Decessoris sui optimi, Illustrissimi D. FELICIANI DE LA VEGA, funus amplissimâ pompâ instaurare decrevit, latine dicere Alphonsum iussit (ut moris est Nostrum in Principum & Magnatû justis) qui vespertino tempore coram frequentissimâ & gravissimâ omnium ordinum assistentium corona egregias defuncti virtutes tornata ad Rhetorum normam oratione complexus est. Senatus quoque Academicus iussu pro studiorum instauratione non semel, & semper plaudentibus auditoribus sapientissimis, publicè oravit: iustis in honorem intemeratâ Virginis Conceptionis Poetis festivam Concertationem Palestrita designatus est, argumentum qui daret, politissimisque scriptionibus cuncta disponderet, atque id genus operas amoenissimas faultis sibi Musis, nec invirâ Minervâ multas confec. ti Gravioribus pro institu-

to & mûnere incumbens, utilissimos rei Medice Tractatus scripsit, discipulisque dictavit è Cathedra, à quibus in alios & alios transcriptionibus propagati, post multos etiam annos utui fuisse Scholasticis & alijs Apollineæ Facultatis Professoribus Author est Plaza in Chronicis Universitatis lib. 4. c. 29. ubi & hominis Opuscula & elogia habet. Ex ijs vidimus apud amici nostri D. Ludovici de Mendoza Bibliothecari

Tractatum de differentijs, causis, signis, & alijs circumstantijs crifsum. in quarto. Scriptum anno 1650. Extat in tomo cui titulus: Varia Variorum.

Præter mox dictos idiomate latino ineditos, scripsit & edidit.

Orationem funebrem ad posthumam parentationem Illmi. D. D. Feliciani de la Vega Archiepiscopi Mexicani. Mexici, ex Typographia Joannis Ruiz anno 1642. in quarto. Habetur t. 29 Collectionis nostræ.

Hispano sermone dedit *Enarrationem brevem solennissimâ pompâ, qua in Ecclesiam Metropolitanam Mexicæ elatum fuit corpus Illmi. D. D. Feliciani de la Vega, ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopi, pridem in itinere ad ipsam denati. Mexici, Formis Joannis Ruiz 1642. in quarto. Extat in tomo mox dicto nostræ Collect.*

In hac narratione quoniâ Poemata in elogium Feliciani à varijs cõposita exponit, ex illis que proprio ipse Matre latine scripsit, sequens placuit Epigramma hîc transcribere in specimen numinis

& ingenij, non ita facile expifcandi in ipfius codice, admōdum raro.

Nil est re felix, quod non sibi dures in ævum;

Quique perit, folūm est nomine faufus honos:

Felicianus erat felix Paftoris honore, Falce fed, ab, fecuit mors peracerba decus.

Felicianus obiit, fuerat qui nomine felix.

Non re, dum ftererat non sibi jugis honos:

Nunc fed felici cum dures honore per ævum;

Nomine reque fimul Felicianus erit.

+ 87 D.D. ALPHONSUS FRANCISCUS MORENO ET CASTRO, Natione Hispanus, Patria Granatenfis, Domicilio Mexicanus, clariffimis fatus genitoribus, & nobili ingenio præditus, Latinis, Philofophicis, & Theologicis litteris apprime inſtructus in Patrio Societatis JESU Gymnaſio, Salmanticam profectus, in Majori Conchenſi Collegio Togatus, atque in celeberrima illa Hispaniæ & Orbis Univerſitate Theologi Doctoris infulis redimitus, in petendis Eccleſiarum Sacerdotijs periculum multâ cum laude fecit, quam à ſapientibus reportavit prælectionibus & concionibus de more habitis præfinito pro eis lucubrandis dicendis tempore. Canonicus, ut dicunt, Lectoralis, ſeu pro ſacris legendis Biblijs, alios inter Candidatos apud Bruginos electus,

dein Legionenſibus Magiſtralis ad conciones habendas fimiliter deſtinatus, & id munus explevit, & inſimul alia ſatis conſpicua, Vicarij nimirum Generalis Epifcopi Diteceſis, ipſo vivente & deſignante, Viſitatoris & Gubernatoris, atque etiam Synodalis examinataris. Inde à Catholico Rege pro Eccleſia Metropolitana noſtra Mexicea à Theſauris primūm adlectus, deinceps Dignitatibus Meſochori, & Archidiaconi, ac tandem Decani auctus, ſede etiam plena Gubernatoris Archiepiſcopatus onus ſuſtinuit, quo uſque Excellentiffimus D. D. JOANNES DE VIZARRON ET EGUIARRETA, Archiepiſcopus unâque Pro-Rex, hac liber Provinciâ, vaſtiſſimæ Diteceſis expediendis negotijs manus iterum admovere potuit & curas. Suas noſter omnes in Eccleſiæ decus impendit, ne ipſa propterea multum meritis, nec de Republica minus humanitate erga cunctos inſigni & comitate, in miſeros præſertim quo tempore ſæviſſima illos peſtis invaſit anno 1737, excitato S. Archangelo Raphaelis nomine Valeudinario è regione Parochiæ S. Pauli, pro ijs qui mortem effugerant, morboque recreari oportebat, & valentiores fieri: hic ſupra duo millia proprijs ſumptibus aluit, & omnibus, tam ipſos quam plurimos alios in vicina agrotantes aut recidivos, officijs & curis reſolvit. Mox dicto S. Archangelo univerſarium in Cathedrali Eccleſia

feſtum ſolemniter agendum ære ſuo inſtituit. Multis præterea clarus nominibus nos licet ad totidem invitet ei tendendum elogio, ſuperſedemus tamen, quod vivat nos inter, contenti annos eidem apprecari, neſtoreos, altioresque pro meritis ſedes. Edidit, quas ſubjungimus panegyricas Orationes eruditorum haud exiguo plauſu ſuſceptas:

Cathedra S. Petri Mexicea & America Chriſti luce ab Apoſtolorum Principe D. Petro primo Eccleſiæ ſeculo donata. Mexici typis Joſephi Bernardi de Hogal anno 1735. in quarto.

Divæ Hispanorum agminum dux Italiam petentium; in auguratione Caroli Regis Neapolitanorum. Mexici ex Officina Joſephi Bernardi de Hogal 1734. in quarto.

Rex pacificus præclare martialibus redimitus trophæis. In proclamatione Ferdinandi VI. Catholici Hispaniarum Regis. Mexici unâ cum alijs ejus argumenti operibus in Libro cui titulus Sol in Leone à P. JOSEPHO MARIANO DE ABARCA edito in Typographia D. Maria de Ribera 1748. in quarto.

Momentanea Archi-Seraphimi SS. Michaelis vita. Mexici apud Viduam Joſephi Bernardi de Hogal 1750. in quarto.

Orationes panegyricas & morales, Prælectionesque ſcholasticas in ſchedulis habet.

Meminit ejus CABRERA, in *Gentilijs Inſignibus Mexicanis* p.

85. num. 190. & p. 433. num. 853. & 854.

88 M. F. ALPHONSUS FRANCO, Natione Mexicanus & Patria, Prædicatorum Ordini in Provincia S. Jacobi Mexicea ſolemniter nuncupatis votis adſcriptus, eandem multis illustravit, continuatâ ipſius Hiſtoriâ, cujus primam partem ſcripſit & edidit Illuſtriſſimus D. FR. AUGUSTINUS PADILLA DAVILA, eximio eruditorum plauſu. Optaremus ſanè, ut quemadmodum hujus actâ diligentiffime litteris mandavit Noſter in ſecunda, quam concinnavit Hiſtoriæ parte, tertius adjectus fuiſſet continuator alius, qui ſecundi geſta memoriae commendaret: cujus deſideratos eſſe notitia dolemus, interea judicantes virum fuiſſe haud mediocriter doctum & religioſum, pro ut Libri, quem legiſſe gaudemus, nec ſine fructu pro Bibliothecâ hac noſtrâ, ſtylus ac methodus indicant: ſapiunt etenim ſpiritum hominis Deo devoti, judiciumque monſtrant ſolidum, atque eloquentiam fucataſ minime, uti decet ſcriptorem Hiſtoriæ, cujus obſervare leges ſibi propoſuiſſe videtur, & verò etiam ſervaffe. Prædicatoris Generalis infulam, quæ merito à Familia ſua probatis & expertis multis annos viris conceditur, emeruit, tanrique eſt habitus, quanti Acta in Comitijs Provincialibus Mexici anno 1637. celebratis ſcripta ſubinducant: *Committimus*, ſic adverbium illa ha-

benè, Nosterque in Præmio operis sui affert, *Committimus R. P. Fr. Aldephonso Franco, cuius Religionis zelum sumus experti, ut Historiam huius nostre Provincia conscribas, & qua poterit diligentia typis excudi procurer.* Navavit ille quidem strenuam pro inuncto sibi munere operam, & octavo post anno, scilicet 1645. Librum absolvit, quem Mss reliquit, ut fere semper Americanis accidit, are non suppetente pro impensis edendo magno operi multis, quas ne ipsa ministrare Provincia potuit, nec Author aliunde conquiritas habere. Extat in Tabulario Imperiali Mexicanæ Cænobij S. Dominici Liber hispano sermone hæc præferens titulum

Historia Provincia S. Jacobi Mexicanae Ordinis Prædicatorum in nova Hispania secunda pars. in fol. volumine iusto.

Meminit Authoris & operis P. MICHAEL DE VENEZAS, Societatis JESU, in Vita V. Doctoris & Canonici Mexicani D. JOANNIS GONZALEZ.

† 89. ILLMUS. D. M. ALPHONSUS GALDO, Natione Hispanus, Pincia natus anno 1369. die Junij 17, & ejusdem mensis 26 Iustribus aquis inænetus, Domicilio tandem Mexicanus. Prædicatorum amplexatus fuit Ordinem Salamantica anno 1583 die sexta Maij, ut Critici ejusdem Ordinis Scriptorum collectores ÆGYDIUM GONZALEZ DAVILA secuti testantur. Retinent viri gesta totos 29. an-

nos priusquam Episcopali bus fuisset infulis redimitus, illa tamen religiosi admodum & sapientis non dubitamus, quæ Catholicum Regem Philippum III. facile moverint, uti ipsum ad regendam Ecclesiam Comayagua, cuius primaria Civitas est Vallisolerum in Regno Goatemalensi, destinaverit. Apostolicis à Paulo V. Pontifice Maximo acceptis Litteris pro Episcopali inauguratione, Americam nostram petivit, Goatemalæque ab ejusdem Urbis Præfule D. JOANNE CABEZAS nite initiatus, ad propriam regendam Ecclesiam se contulit vigilantissimi officia Pastoris adimplens.

Dioecesim, quæ vasta quidem est, & viarum difficultatibus impedita, decem & octo mensium spatio vix totam peragrare & inspicere potuit. Sacramentum Confirmationis Fidelibus amplius septem mille & ducentis administravit, alia infimul multa Dei cultû & animarum salutem concernentia gessit atque decrevit, tanto quidem labore, ut ægra subinde valetudine fatigatus nimis & impeditus, Coadjutorem postulaverit anno 1628. nec multo post è vivis abierit. Visitationi, quam diximus, Ecclesiæ suæ intentus, totam accurate descripsit Dioecesim, Philippo III. Rege poscente, ad quem missis hispano compositam idiomate

Narrationem historicam Episcopatus, seu Diocesis de Honduras.

Quam à selectam Matrivi testatur citatus ÆGYDIUS GONZALEZ

DAVILA, beneficio clari Equitis D. FRANCISCI DE LA REGUERA SERNÆ, Nostri confobrini, schedulas jure magni facientis. 1690 M. F. ALPHONSUS GIL, Natione Mexicanus, in antiqua Civitate Cholula ditionis Angelopolitanae ortus, Ordinem Prædicatorum in Provincia S. Michaelis & SS. Angelorum amplexatus, multa in ea sapientiæ & gestorum laude floruit in Cathedram Philosophiæ strenuè moderatus, qua erat doctrinâ imbutus, alios inter discipulos, egregium eruditivum FR. ANTONIUM LOPEZ CORDERO, gentilem suum, qui postea eidem præfuit suggestui multo cum plausu, ut suo infra loco dicemus. Theologiam dein coluit jureque ejusdem redimitus Insulæ Magisterij, obeundis in familia & extra munij præclaris iter aperuit: in Mexicano S. Fidei Senatu à Censuris Theologicis fuit designatus, & Cænobij Ordinis in Provincia sua primarium rexit. E multis scriptis ejus supersit edita idiomate hispano

Oratio eucharistica in natali Ludovici Hispaniarum Principis. Angelopolitana omniumque solumque litter Mss. credimus servatâ suis, quem auditibus tradendum è cathedra scripto

Cursum Philosophiæ ad mentem S. Thomæ, quibus innotescunt forsitanque alia Theologiam concernentia Oratoriamque facram, quæ nos latent. Meminit ejus BERMUDEZ, in Mss. de Scrip-

toribus Angelopolitanis, & M. VILLA in Vita edita M. Antonij Lopez Cordero, pag. 228. 1691 P. ALPHONSUS GUERRERO, Natione Mexicanus, & Patria, ortus est anno 1576 nobilissimis sane Parentibus, Augustino Guerrero de Luna, & Mariana de Villaseca filia Alphonfi de Villaseca, viri non à pietate minus reliquisque virtutibus, quam à divitijs notissimi, quarum partem haud modicam erigendo & dotando Collegio Maximo SS. AA. Petri & Pauli Societatis JESU destinavit, eximij inde fructibus ad Dei gloriam, animarum salutem, & Americae nostræ decus relatis, in dies quo crescentibus. Noster primogenitus ut erat familia, atq; hæres non modo multæ artis partem, sed longè plurimarum avi opum, quas Mariana mater primogenias habebat, à multis sanguine præclaris & alijs dotibus insignibus feminis expetit in conjugem, nuptias constanter renuit, litteris in tanta domus opulentia unico delectatus, pro quibus conquirendis largas quidem fecit expensas, eruditissimos quotidie in suas ædes Magistros conducens, quorum opera maximam sibi eruditionis paravit seggotem, Latinae non tantum linguæ, sed Hebraicæ etiam & Græcæ. Mathematicarum his adjecit studium, in quibus magnos fecit progressus, ingenio & labore discipuli Præceptores egregie juvante. Annoti natus 35. prima Februarij

1611. JESU Societatem petivit, unam quaesiturus Dei gloriam, respiciensque caducam & fluxam, quae facili negotio sibi in promptu erat, nobilitate generis, divitiarum copia, & ingenij excellentiam blandientibus. Sacerdos factus, non dum religioso tyrocinio absoluto, dein secunda Februarij 1613. Scholasticorum votis se Deo adstrinxit, & tandem 17 Octobris 1621 quatuor soleanni Professorum ritu vota in Collegio suo nuncupavit. Philosophiam per triennium, de more, in eo publice docuit, & Sacrorum Bibliorum postea Interpretes datus est confluentibus ad aulam Scholasticis multis.

92. In his alijsq; ex obedientiae praescripto gestis muneribus supra viginti annos inibi traduxit, virtutibus clarior quam litteris, egregias licet ipse possederit gazas eruditionis. Humilitatem ita sibi in delicijs habuit, ut & mundum contempserit, & semet, immemor nedum opum, quas dimisserat & commodatarum domus paternae, sed ipsorum etiam Parentum & sanguine junctorum. Paupertati supra modum addictus, pro victu & vestitu etiam necessaria videbatur stomachari, à superfluis cogitandis distitit quam longissime. Parente ad plures abrepto tum temporis cum Alphonsus ipse non dum secuta professione, haereditaria bona capessere, & disponere de eis pro libito poterat; grandem tamen, quae ipsi

obtiget, summam ducentorum mille uncialium argenteorum in manus Praepositi Provinciae deposuit, ejus sic arbitrio relinquens, ut nec sibi, nec propinquis, aut alijs quidquam voluerit, testatus, si liceret, in id unum propendere, Collegio ut Avi sui pietate & munificentiam constructo, bona illa cederent, quae à conditoris potissimum industria fuerant profecta. Quo tamen arbitrio, pro ea qua solet uti modestia Societatis familia, in Alphonsi Fratrem remisso, quartam vix haereditatis partem, imò minorem longe summam Collegium accepit.

93. Noster his jam diu valens, dicens omnibus, etiam à semet ipso desciscere satagebat, tantam insignis corporis & animi puritatem, ut æmulari Angelos videretur, quibus obedientiam ad nutus & signa Superiorum promptissimam evaserat quam similis. Cubiculi latebras deperibat, haud inde unquam discedens, nisi vel charitas pro invisendis ægrotis, vel aliud virtutis officium egredierum cogeret, ut propterea hac in parte similem non habuisse in Provincia sua, plurimorum feracissima Religiosorum omnibus pollutium virtutibus, affirmaverit gravissimus ejusdem Historiographus P. FLORENCIA. Scilicet contemplationi deditur rerum coelestium, cujus in secreto quiete fruebatur, ægre ab ipsa divelli poterat aut interturbari tanto si quidem ignescebat orans fervore,

ut

veritatis, de celo & similibus Commentaria desiderantur.

AL
ut frequentissime in aera sublatus vilis fuerit, jusseritque pro inde Collegij Rectorijs qui promunere circumbantur conclavia, quo tempore Socij orationi vacare solent ex regula praescripto, ipsumque in extasim raptum conspexerant, silerent id penitus, ei que visitando deinceps superfererent. Sanctam porro vitam similes, nec inopina quidem excepit mors: cujus propheticis praesentibus lumine Sacramentis armatus, inventus est in lectulo mortuus, & perinde ac si quiesceret comparatus, qui obdormierat in Domino die 18 Martij 1639 aetatis 63. Vitam ejus atque virtutes scriptis mandavit praecitatus Florencia, in Historia Provinciae Novae Hispaniae Societatis JESU tom. 1. lib. 5. cap. 5. à pag. 318. Et in Menologio die 18. Martij. Quas scripsit & è suggestu expoluit

Praelectiones Biblicas,
Haec tamen sine fructu quaesivimus; non ita Philosophica Opera, quorum in Bibliotheca Congregationis Oratorij Mexicanae extant Mss. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

94. M. FR. ALPHONSUS GURAO, Natione Hispanus, cujus Patria nos latet, Domicilio Mexicanus, Goatemala in Provincia S. Vincentij Ordinis Dominicanorum floruit, in quam se transtulit, habitum in S. Stephani Salmanticensi Conventu clarissimo indutus: Provinciae de Chiapa & Goatemala praefectus, alijsque religiosus incumbens muneribus, contemplationem in primis coluit, vir extaticus dictus, & qui sanctitatis fama apud suos exterosque clarus obierit. Pijssimos duos Libros scripsit, alterum vernaculo idiomate

De SS. Rosarij Mysterijs,
Quem non dum vidimus editum, scimus tamen elaboratum à Nostro ex Sodalium Goatemalensium syllabo ad nos transmissis. Alterum habemus typis excusum in octavo, Mexici, ut videtur (nam exemplar, quo utimur, fronte caret, ubi editionis solet locus patere) annus facile conjici potest ex Approbatione Ordinis data apud Xuxucapam Goatemalensis Regni Oppidum 8. Julij anno Domini 1625. in octavo. Titulum Operi fecit

Soliloquia de diffusione divina Bonitatis.
Latino sermone, nec ineleganti, compactum opusculum, redolent viri spiritum admodum religiosi, anhelantisque ad caelestia, & multo charitatis igne ferventis.

tis:

quo Nuncupatoriam etiam aspergit ad Illustrissimum Goatemalæ Episcopum D. JOANNEM SANDOVAL ET ZAPATA, Augustinianum, qui & ipse multis a Parentis corde flammis mutuat, haud parum ardebat, prælucebatque insigni Diœcesanis doctrinâ.

† 95 ILLMUS. M. D. ALPHONSUS HENRIQUEZ DE ARMENDARIZ, Natione Hispanus, Patria Hispanensis, Domicilio Mexicanus & munere. Genus illi præcellens, ut à Navarrae Regibus ductum. Ordini Regio itidem & Militari SS. V. MARIÆ de Mercede professione religiosâ se tradidit. Granatensi postquam Cœnobio præfuit, in Americam missus Vicarij generalis & Visitatoris Provincia-rum sui Ordinis apud Peruanos vigentium functus est munere, egregijs relictis monumentis pietatis, quod idolis etiamnum alicubi vastissimarum regionum stantibus bellum indixerit, communitisque ipsis, uni Deo Templâ adificari curaverit, ejus devotus ex animo cultui honorem & gloriam promovit. Redux in Hispaniam, Sidoniæ Episcopus initiatus fuit anno 1603. Dein in Ecclesiam Cubensem Americæ nostræ Septentrionalis assumptus, ejus prospicere bonis, ut Pastorem decet strenuum, nulli parcens labori curavit. Primarium Templum, ipso sedem tenente, constructum fuit, alijsque accuratissimi Præsulis actis inclaruit. Hæc porro Regi ejusque Indiarum Consilio

nota, facile egerunt, ut in Michoacensis Diœcesis insulas evolaret, ejus clavum tenuit sex annos.

96 Quantum porro ovium suarum bonis consulere vivens, conjici hinc valet, quod post funera quoque earundem vigilaverit commodis: nam ex preventibus annuis aliquot argenteorum millia reservans, parce sibi vivens & religiosè, ea Alumnis sui Ordinis Mexicanis commisit, ut Collegium S. Raymundi Nonnati titulo insigniendum ædificarent, pro alendis octo ex natis in Provincijs Cubensî & Michoacansen-si, qui Jurisprudentiæ operam darent in Universitate Mexicana, eo quidem consilio, ut ditiones illæ, ceteroquin Theologis scaten-tes hominibus, jurisconsultis etiâ haud paucis gauderent, ad varia Reipublicæ sacra & prophana munera non utilibus tantum, sed necessarijs. Impares tanto operi erant pecuniæ ab Illustrissimo Præsulâ destinatæ; sed verò diligentia & industriâ religiosorum Patrum, quibus commendatum negotium erat, jusque Patronatus relictum, nonnullis post Alphonsi obitum annis, faustè tandem ac feliciter erectum Collegium fuit, quod eximie floruit, vigetque etiamnum, doctissimis ex eo viris quotidie prodeuntibus, qui & illi, & Academiæ, & Patrijs splendorem augent, obeuntque scitissimè officia præclara, Rectoribus perpetuò Primarijs Mexicanæ Provinciæ Mercedensis Patribus, multis

insignibus & in Ordine suo & in Academia nominibus, quorum id etiam providentiæ fuit, ut vetustate prope collabentes ædes nuper instaurare à fundamentisque restituere incæperint. Nostri hercle gloriæ monumentum istud Mexici viget, nec gloriosum minus Hispani aliud perennat, Collegium sui Ordinis à S. Laureano nuncupatum, quod & condidit, & redditibus annuis locupletavit. His haud concedens tertium proprio ipse calamo descriptum reliquit, ut Author est ÆGYDIUS GONZALEZ DAVILA, in Theatro Ecclesiæ Michoacansen-sis, itemque Cubensis, qui autographum se vidisse testatur anno 1646 accuratissime scriptum, videlicet

Narrationem historicam rei spiritualis juxta & temporalis Diœcesis de Cuba, vitam moresque Ecclesiasticorum ejus complectentem.

Meminit Authoris & operis D. NICOLAUS ANTONIUS in Bibliothecâ Hispaniæ novâ, multis que illum commendat merito M. PAREJA, in Chronicis Mss Provinciæ Mercedensis Mexicæ. Habet quoque memoriam ipsius & scripti LEON PINELUS, in Bibliothecâ Occidentali additâ tom. 2. col. 582 & 587. asserens servari Mss opus quod diximus in Bibliothecâ Barciæ Madritanâ.

† 97 D. ALPHONSUS HENRIQUEZ DE VARGAS, Natione, ut videtur, Mexicanus, Patria Goatemalensis, ejusdem Ecclesiæ Ca-

nonicus, Synodalisque Examinator, publici juris fecit

Concionem S. Petri Paschasi.
Habetur cum alijs ejusdem argumenti in Libro edito Goatemalæ, typis Josephi de Pineda Ibarra 1637. in quarto.

98 F. ALPHONSUS DE HERRERA, Natione Hispanus, non longe à Burgen-sibus natus in veteri Castella, Domicilio Mexicanus. Juvenis Legum studio civilium in celeberrima Salmanticensi Academia se dedit, in quo quavis multum profecerit, subindeq; fortunam, ut dicitur, polliceri sibi potuerit ridentem; consultius longe duxit æternam, Dei famulatu, salutem comparare, religiosumque statum capessere professione factâ solenni in Conventu Franciscanorum Salmanticensi. Inde cum alijs strictioris observantiæ & austeritatis cupidus in Provinciam S. Gabriëlis transivit, unde in Mexicanam S. Evangelij nuper institutam, sanctitateque pollentem eximiam devenit. Quod verò timeret sibi dæmon multa quæ in Dei gloriam & animarum salutem bona in America nostra agere poterat vir strenuus, bene in illum fucatam tentationem iniecit, pristinæ desiderio solitudinis, qua in secessu Hispani Cœnobij gaudebat, quietiusque orationi vacabat, diu multumque sollicitans, ut ipsam repeteret, quodque deterius erat, Sodales non nullos secum deferret. Illustratus tamen, orans, celesti lumine

mine, technasque illas diaboli internoscens, Prælatum adivit, à quo prædicandi ministrandique Indis sacra mandatum postulavit obtinuitque, & deinceps molestiâ & scrupulo liberatus, idiomaque Mexicano optime instructus, totum se Indorum atque Hispanorum procurandæ salutis dedit. Cœnobijis præfuit gravioribus, totique Provinciâ, eo biennio quo Apostolicus vir P. MARTINUS DE VALENCIA, Custos ejusdem, negotio tenebatur in Philippi nas nuper detectas Insulas navigandi. Litteris, virtutibus, consilio, & urbanitate, quibus fulgebat, Episcopis Religiosisque cû primis acceptus, eorum evocatus comitijs & consultationibus frequenter intererat, qui ejus multum habebant sententiam. Tandem, vitâ religiose admodum & sanctè traductâ, in senectute bona, in cœlum, ut pie creditur, evolavit die 6 Aprilis anno 1565. Reliquit scriptos idioma Mexicano optimos

In omnes Dominicas & Sanctorum festa Sermones.

Acta ejus memorie commendarunt Arcturus, in Martyrologio Franciscano, atque in Menologio Provinciæ Mexicanæ Betancurtius die 6 Aprilis pag. 41. & Torquemada, in Monarchia Indica tom. 3 lib. 20. c. 36 p. 464. Item Gonzaga, Uvadingus, & Bibliotheca Hispana & Franciscana, atque Indica Occidentalis Antonij de Leon tom. 2. col. 732.

JOHANNES

99 FR. ALPHONSUS DE HIRTA, Natione, si conjectare fas est, Patriaque Mexicanus, Ordini S. Francisci in Provincia S. Evangelij se dedit, in qua transactis annorum curriculis ab ejusdem statutis mandatis pro Emeriti Concionatoris titulo nanciscendo, frequentissime habitis sermonibus, illam lauream promeruit, Definitoris etiam & Custodis, quæ è primarijs sunt, munera obtinuit. Edidit idioma Mexicano

Panegyrim S. Patris Dominici,

Quem videre nobis non licuit, referunt tamen Betancurtius in Theatro Mexicano part. 4. post Menologium pag. 143. n. 42. & Bibliotheca Franciscana pag. 45. t. 1. quamvis pro S. P. N. Dominici scripserit S. P. N. Francisci.

Panegyrim de Immaculata Deipatricis Conceptione ad Regiam Universitatem Mexicanam. Mexici ex Typographia Viduæ Francisci Rodriguez Lupercio anno 1692. in quarto.

Panegyrim de S. Petro Regalato. 1696. in quarto.

100 FR. ALPHONSUS JOSEPH ARANDA, Natione Hispanus, Patria Saldaniensis, Ordinis S. Francisci in Provincia SS. Nominis JESU Goatemalensi alumnus Concionatorque generalis, & Custos ac Parens, anno 1690. Regio S. Jacobi Cœnobio de Momostenango dicto Rector datus, inibi, loci silentio illectus ab hominum turbis longe semoti, opus auspiciatus fuit eruditum & pium, faulstè

que

que absolutum & prælo paratum, indiceque alphabetico instructum, Mexicum transmisit, ut videtur edendum, cujus extat authographum à nobis visum in Bibliothecâ Conventus Primarij Mexicci S. Francisci, hocce hispano titulo

Muse gratiarum in sacro Hispania Parnaso, seu Compendium historicum novem insignium pietate & martyrio sororum, SS. Liberata & aliarum. in quarto.

101 FR. ALPHONSUS DE LEON, Natione Hispanus, ignota nobis Patria, Observantiæ S. Francisci alumnus in Provincia S. Evangelij Mexicana, Lector Emeritus, & ejusdem Capitis munere decoratus, ac S. Inquisitionis Officij à Censuris Theologicis, typis commissit à se dictam in funeris instauratione Excellentissimi Ducis de Vejar solenni pompâ Mexici factâ,

Funerem Orationem, seu ejusdem Ducis Panegyrim. Mexici, formis Viduæ Michaelis de Ribera 1719. in quarto.

102 ALPHONSUS LOPEZ DE HINOJOSA, Natione Hispanus, Patriam in Diocesi Conchensi, Mexici Domicilium sortitus, JESU Societatem amplexatus est in Provinciâ Novæ Hispaniæ anno 1585. quinquagesimum ipse ætatis agens, eo consilio, ut Coadjutoribus temporalibus adscriptus, humilitati in primis deditus, reliquis & ipsâ Deo inservire virtutibus, quas equidem ad mortem usque religiose traduxit. Doctus

R

Medicinæ & Chirurgiæ priusquam valediceret Mundo, eisdem etiam Religiosus factus, usus est opportunè pro adipiscendo cœlo: nam quod Medici ea frequentate non plures essent pro frequentissimâ Civitate, pauperibus ut subveniret ac mederetur visum est charitati maxime consentaneum. Ad hæc, cû Nova isthec Hispania herbis abundet oppido salutaribus, quatum ille doctes callebat, usui ut essent, scripto medicamenta ex eis conficienda proposuit, morbosque in his regionibus frequentiores descripsit, additis medendi rationibus, quæ cû alijs, tum potissimum Familiæ suæ Missionarijs loca incolentibus remotissima, nullique per via Medico, utilissima sunt pro se suæque curæ commissis Indis. Obiisse pie in Domino majorem sexagenarios, mense Martio 1597. scribit Bibliothecâ Societatis JESU, ubi quæ dicimus acta ejus non sine debita laude refert. Meminit ejusdem, immemor Religiosi, quod capellivie, Instituti, D. NICOLAUS ANTONIUS, in Bibliothecâ Hispaniæ novæ. Liber autem hispano conscriptus idioma in latinum versus sic habet (quamvis citatus P. SORTIUS aliter ipsum tradat minus exactâ ductus operis, quam acceperat, narratione)

Summa, seu Breviarium Chirurgiæ Ars pro incidendis venis, & conforum Examen. Ita in editione prima. In secunda vero, *Adjicitur origo rheu-*

ma-

matum & plurimum aliorum morborum. Mexici typis Petri Valle, anno 1595. in quarto.

Editionem istam, tacito nomine Typographicæ, refert D. NICOLAUS ANTONIUS, quam vidimus in Bibliothecâ Collegij S. Bonaventuræ Franciscanorum ad Sanctum Jacobum de Tlatelolco.

103 FR. ALPHONSUS MALDONADO, Natione Hispanus, cuius incomperta nobis est Patria, Domicilio Mexicanus: In Provinciam SS. Nominis JESU Regularis Observantiæ S. Francisci Goatemalensem è Sanjacobæ ejusdem Ordinis translatus, duos post se reliquit Mss Libros in Bibliothecâ Primarij Conventus de Goatemala hæcenus custoditos, quorum hispani tituli sic vertuntur latinè, primi quidem:

Loci communes, in quibus alphabetico ordine multa de vitijs & virtutibus naturalia juxta & politica, sacræ prophanæque eruditione continentur.

Alterius verò,

Panegyrici Sermones 41. in quarto, ut ab ejusdem Provinciæ Patribus, datis humanissimè ad nos litteris, certum habemus.

104 FR. ALPHONSUS MARIANUS DEL RIO, Natione Mexicanus, Patria Angelopolitanus, Instituto Franciscanus, quod in Provincia S. Evangelij Professor est: Magistrj, ut vocant, Theologorum studentium munere functus, concionandi susceptit provinciam, gradumque Prædicatoris

generalis obtinuit egregijs planè meritis: nam assiduitati sermonum & facilitati dicendi, zelus Dei gloriæ & animarum salutis accedebat, doctrinæque & eruditionis copia, quibus mirè auditoribus ardebat, non popularibus modò, sed verò etiam doctis hominibus. Tertium, quem dicunt, Ordinem Pœnitentium Mexici dirigendum suscepit ejusdem titulo Commissarij, eximio quidem Sodalium & Ordinis fructu, propterea quòd eorumdem in spiritu progressus suis ira procuravit exhortationibus publicis & privatis, ut divino etiam cultui prospexerit, multisque devoratis molestiis egerit, ut Sacellum instaurari à fundamentis cœperit, quod deinceps magnificum adeò pulchrumque evasit, ut cum elegantioribus & ditioribus Templis, non Americæ tantum, sed Europæ etiam componi possit. Quæsitioribus Fidei acceptus ob Theologiæ peritiam vitæque probitatem, inter Censores relatus est. Scripsit sanè Conciones multas, ex quibus tomi compingi possent aliqui, quas tamen habemus impressas idioma hispano, subjungimus:

De S. Galliarum Rege Ludovico. Mexici typis Viduæ Michaelis de Ribera 1713. in quarto. Extat tom. 21. Collect. nostræ.

In Dedicatione primarij Templi S. P. N. Francisci Mexicani. Mox dictis formis 1717.

In Anniversario Dedicationis Templi Metropolitanæ Mexicæ festo. Eisdem

dem litteris 1719. Habetur tom. 11. Collect. nostræ.

Exclamationem epidemicam in obitu D. Joannis Josephi de Veitia Linage, Catholice Majestatis à consilijs. Mexici in Typographia Francisci de Ortega Bonilla 1723. in quarto.

In Funere nobilissimæ pieque feminae D. Franciscæ Antonie de Gorraez Beaumonti & Navarra. Mexici apud Viduam Michaelis de Ribera 1717. in quarto.

In festo S. Dominici, Prædicatorum Ordinis Fundatoris. In Officina Viduæ Francisci Rodriguez Lupercio 1720. in quarto.

De Beato Philippo à JESU, Mexicano, Japonia Proto-Martyre, Urbisque Mexicana Patrono. Mexici, Prælo Francisci de Ribera Calderon 1715. in quarto. Extat tom. 60. Collect. nostræ.

Et hac quidem Panegyri tam fuit cohortatus amicè & vehementer gentiles nostros pro inclyti gloria Martyris adaugendâ Canonizatione, ut multa inde agere inceperint in eum finem, cui assequendo utinam adsint alij fervidi viri, qui posteriores Mexicanis addant faces & ignes. Meminit Authoris D. Antonius de Leon Pinelo tom. 2. col. 925.

105 ALPHONSUS DE MATA, Natione Hispanus, & è primis qui Mexicanum sibi Domicilium plusquam mille vitæ periculis nunquam interituri gloria nominis promeruerunt: Inter Ferdinandi Cortesij, inclyti Imperij Mexicæ

debellatoris, fortissimos milites stipendia meruit, gestisque rebus clarus, ut conjectare fas ex paucis quas in tabulas legimus à Torquemada redactas in Monarchia Indica tom. 1. lib. 4. cap. 78: Socios itidem ut bono collocaret in lumine, symbolum quoque suum posuit scriptis mandans paternæ lingua,

Res gestas in Novæ Hispania expeditione:

Ut testes sunt D. Antonius de Leon Pinelo, in Bibliothecâ Occidentali editionis antiquæ pag. 75. Laudans D. Antonium de Herrera: itemque citatus Torquemada cap. 79. mox dicti lib. pag. 523. edit. novissimæ.

106 P. ALPHONSUS DE MEDINA, Natione, ut videtur, Mexicanus, Societatis JESU, publici juris fecit geminum opus, è quibus primum ejusdem in amœnioribus litteris peritiam ostendit, solutâ ligatâque numeris oratione pompam expendens, qua Ecclesia Metropolitana Mexicæ fornice crecto Pro-Regem Novæ Hispaniæ venientem excepit Marchionem de Villena, Excmum. D. Didacum Lopez Pacheco, dedit que hunc titulum Libro:

Speculum catholicorum Principum & politicorum Gubernatorum. Mexici typis Francisci Robledo 1642. in quarto.

Secundum porrò Authoris opusculum Jurisperitiam, qua mire pollebat, ob oculos ponit in

Allegatione pro JESU Societate

in causa ipsam inter & Eleonoram de Ribera ventente. In fol. tacitis pro illius temporis consuetudine in similibus scriptionibus typographo & anno. Habetur tom. 46. Collectionis D. Ludovici de Mendoza: *107*

107 P. ALPHONSUS DE MENENDEZ, Natione Mexicanus, Patria nobis incerta, JESU Societati ex animo datus, quatuor nuncupatis votis, probatorum non modo in virtutibus religiosum virum decentibus, sed pro Philosophiâ & Theologiâ in publica Universitate tradendis gradum meritò tenuit. Postquam Grammaticâ incubuit, edocendâ & Rhetoricâ, Philosophiam in Collegio Queretarenfi professus est; alijsque deinceps ministerijs Deum & animas concernentibus in Maximo Provinciâ Collegio operam dedit, ægra etiam valetudine non parum vexatus. Scripsit præter

Latinas Prolusiones, & Conciones hispanas, hoc eodem sermone,

Concentrationem poeticam in nascentis JESU plausum Favi Symbolo expressi Anno 1713. Extat in Libro ad id argumenti destinato in Bibliothecâ dicti Collegij Maximi

Cursum Philosophiæ, Summulas, Logicam, Physicam, Metaphysicam, Animasticam complectentem. Exemplaria Mss apud Discipulos inveniuntur.

108 FR. ALPHONSUS DE MOLINA, Natione Hispanus, cujus Patria nos fugit, reticentibus ipsam TORQUEMADA & BETAN-

CURTIO, qui res ejus accurate scripsere: Domicilio & studijs Mexicanus: Admodum puer in Americam nostram adductus à parentibus, paucis à subjugata Mexico annis, quo tempore innumeros inter Indos Urbem inhabitantes nesciosque idioma hispani, Mexicano uterentur necesse erat, qui cum eis agebant Hispani; quotidiana ille facile consuetudine Mexicanorum linguam imbibere potuit, & verò etiam adeo breviter ea uti cepit & eleganter, ut, teste BETANCURTIO, infusa cœlitus quam usu potius comparata à multis dicta fuerit. Recens appulsi Mexicanas oras Apostolici primiduo decem è Franciscanorum gremio Prædicatores, ubi docendi vastissimos Populos provinciam suscipere, interpretibus cum egerent, Alphonsumque puerulum observarent extranei idioma peritissimum, matrem ejus rogarunt, eum ut ipsi tradere vellet, quandoquidem alter sibi filius domi manebat, à qua libentissime oblati Religiosis, deprecatoribus, ductus in Monasterium fuit, habitumque induit Franciscanorum more. Convenientibus in triclinio Patribus lector ipse aderat, exeuntes pro Indorum catechesi comitabatur, Magistros Fidei linguam docebat, ut subinde ab hoc in alium aliumque Conventum duceretur, pro ut ministerio illi opus erat, quoungebat.

109 Votis suo tempore solenniter nuncupatis in Cœnobio

Me-

Mexico, Religionem professus, doctusque sacras litteras, & Sacerdos effectus, egregiè de Provincia S. Evangelij, quæ tunc coalebat, & de tota Mexicana Natione meritus est. Nam & Indos è suggestu sacro supra quinquaginta annos docuit, maximo ipsorum profectu, qui mores Magistri doctrinis admodum conformes tenebant, austeramque vitam admirabantur: Et eorundem Doctores, scilicet Apostolicos viros, pro ad discendo idiomate multis quidem adjuvit, & viva voce & scriptis subsidia ipsi præbens opportunissima, primus omnium qui in Artem redegerunt Mexicanum idioma, Dictionariâq; conscripserunt. Orationem in delicijs habuit, humilitatem in tanta doctrinâ copia ex animo coluit, paupertatis amator divitias cœteraque Mundi bona nihili fecit: uni Dei gloriæ inhæbat, salutemque proximorum quærebat, propriæ insimul studio virtutum incumbens. Tandem longâ infirmitate probatus, ad cœlum, ut pie creditur, evolavit 31 Martij 1558. ut in BETANCURTIO legimus; sed corrigendum existimamus errorem Amanuensis, aut Typographi, forte pro 1585. scribentis 1558. Nam quod & ipse BETANCURTIUS, & pridem TORQUEMADA constanter teneant, annos quinquaginta Nostrum prædicando insumpisse, quorum initium ante 1535. vix capi potest, cum venientibus Provinciæ Fundatoribus 1524 pue-

rulus esset, nec statim Religiosis adscriptus, habitum licet indutus, ut in ætacula illa solet devotionis officio, sit quinquaginta prædicationis annos ante 1585. neutiquam absolutos, emortualemque proinde hunc eundem habendum Nostrum, cujus corpus in Maximo Franciscanorum Mexicano Conventu quiescit. Multa, caque utilissima scripsit & edidit, videlicet

Artem lingua Mexicanæ. Mexici, apud Petrum Valli 1576 in quarto.

Aliam editionem Mexicanam affert Bibliotheca Franciscana, scilicet de anno 1571. in octavo, tacito nomine Typographi, quæ nos latet.

Dictionarium Hispano Mexicanum. Mexici 1555. in quarto, & ibidem typis Antonij de Espinosa 1571. in fol.

Dictionarium Mexicano Hispanum. Eodem Typographo, & anno in folio.

Confessionale maius. Mexici, ex Officina Antonij de Espinosa 1565 in quarto.

Confessionale minus utraq; lingua Mexicanâ & Hispanâ. Eisdem typis & anno, in quarto, ut habentur in Bibliothecâ Regij Augustiniani Collegij Divi Pauli.

Doctrinam Christianam, seu Catechismum idioma Mexicanæ. Mexici Formis Petri de Ocharré 1578. in quarto, & iterum Hispani, ex Typographia Francisci Perez 1584 in quarto cum Approbatione Cardinalis de Quiroga, Archiepiscopi Toletani, Quæstitoris Generalis